Arguuntur ocioſi a domino quādo vocantur operarij ad mercedem. mathei. xx. Seruus qui in vno talento noluit operari tripliciter fuit a domino reprobatus. mathei xxv. Paulus reprehendit grauiter ocioſos dicens. qui nō vult operari non manducet. Theſſaloñ. iij.

De oppreſſione bonorū a malis

Opprimūt mali bonos
- Inuidētes felicitati
- Laſciuientes in carnalitate
- Perſequētes ex malignitate.
- Odientes dicta veritate.

Opprimūt mali bonos aliqñ ex ſola inuidia. quia vident illos feliciter ꝓſperari. ſicut cayn ex inuidia preualuit in abel ⁊ eum nequiter occidit. Gene. iiij. Eſau inuidus q2 iacob benedictionem patris vſurpauerat voluit cū occidere. ꝓpter qđ iacob eſt compulſus fugere ad labā. Gene. xxij. ⁊. xxiiij. Egiptij inuidētes filijs iſrahel. quia creſcebāt ⁊ oderūt eos ⁊ grauiter oppreſſerunt. Exodi primo. Saul ex ſola inuidia perſecutus eſt dauid eo ꝙ ſibi victoria goliad fuit aſcripta. j. Regū decimooctauo. Saluator noſter ex ſola inuidia fuit dānatus ſub anna caypha ⁊ iudeis. Mathei. viceſimoſeptimo ca. Opprimunt mali bonos ꝓpter eoꝝ luxuriam quam bonis impedientibꝫ exercere nō poſſunt vel quia eos ꝺ luxurie vicio reprehēderūt. ſic domina cui ſeruiebat ioſeph quia ſuam concupiſcentiā exercere non poterat eum opprimi falſe fecit. Gene. xxxix. Sodomite propter luxuriam eorū loth multipliciter ei inferēdo moleſtiam vexauerūt. Geneſis decimonono. Duo luxurioſi p̄ſbiteri ſuſannā propter eorum luxuriam nequiter opprimebāt. Danielis. xiij. ca.

Herodes ꝓpter luxuriam ad
petitionem meretricis iohan
nem baptiſtam in carcere de
collari fecit. Marci. vj.
Opprimunt mali bonos ꝓ
ter eorum ſuꝑbiam ⁊ ambiti
onē dominij Sic abimelech
ambiens principatum. frēs
ſuos nequiter interfecit Ju/
dicum. ix. Abſalon ambiēs
regnum patris ipſum eſt gra
uiter ꝑſecutus. ij. Regū. xv
⁊. xvj. Aman pre ſuperbia ꝓ
curauit mardocheum occide
re ⁊ deus aliter ordīauit He
ſter. iij. Propter ſuperbiā na
buchodonoſor fecit ſtatuam
auream ⁊ eam adorari fecit ⁊
pueros non adorantes eam
ꝓijci fecit in fornacem ⁊ da/
nielem in lacum leonum mit
ti Danielis. iij. alias. xiiij.
Propter ſuꝑbiam ſatrapaꝝ
daniel ꝓiectus eſt in lacū le/
onum Danie. xiiij. Triphon
qui ꝓpter dominium ſuū an/
thiochum adoleſcentem oc/
ciderat ꝓditorie ionathan ⁊
duos eius filios interfecit. j.
machabeoꝝ. xiij. Oppri/
munt mali bonos ex ſola cor
dis nequicia ⁊ depravatione
mētis. Sic impia iezabel op
primebat heliaz ꝓphetam. iij.
Regum. xix. Rex ioram au/
diens famem eſſe in terra ca
put heliſei preceperat ampu/
tari. iiij. Regum. xvj. Neqꝗſ/
ſimus holofernes voluit iu/
deos opprimere nuper de cap
tiuitate reuerſos Judith ſe/
cundo Propter ſuam nequi
ciam anthiochus in iheruſa/
lem hominū cedem fecit pri.
machabeoꝝ primo Ex mag/
na nequicia cordis herodes
ꝑſecutus eſt chriſtum ⁊ pue
ros interfecit. mathei. iij. Si
militer herodes agrippa occi
derat iohannez baptiſtam ia
cobum. ⁊ petrum apoſtolum
incarcerauit Actuum. xij.

Opprimunt etiā mali bo
nos. qꝛ boni veritatez loquū
tur quos ipſi odio hn̄t. Sic
ab impio ioas lapidatus eſt
zacharias qui ipſum veriſſi/
me inſtruebat ij. Para. xxiiij
Sic iheremias fuit a rege in
carcerē miſſus qꝛ nūciauerat

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

veritatē. Hiere.xx. Sic ana
nias falſus ꝓpheta voluit cō
fundere hieremiā veriſſimū
ꝓphetam. Hieremie.xxviij.
Princeps ſacerdotum ⁊ ſo
cij incarcerauerūt apoſtolos
qui veritatem domini loque
bātur. Actuum.v. Iudei la
pidauerūt ſtephanum. quia
non poterāt reſiſtere ſpiritui.
qui loquebatur. Actuū.vj.
⁊.vij. Paulus qui predica
bat publice veritatē multas
oppreſſiōes ſuſtinuit a iudeiſ
Actuum.xiij.xiiij.⁊.xvj.

De oratione.

Pro quibus inquiritur. et q̄d dep̄dicat̄. Tempus qđ exquirit̄ his qui exorant̄ Modum qui requirit̄ his qui poſtulāt̄. Cauſam qua pquiritur qui exaudiant̄

Orare volē tes attēdāt

Orare volentes de/
bent primo attēdere
qui ſunt illi qui de
bent orare. ⁊ ꝓ quibꝫ debent
facere orationes ſuas. Ubi
ſciendum ꝙ orare debent p̄ſi
dentes ſingulariter pro ſuis
ſubiectiſ. ſpecialiter eligētes
ꝓ ſuis electis. omnes gētes
generaliter ꝓ ſuis viris ab/
iectis. Primo debēt orare p̄
lati ꝓ ſuis ſubditis qꝛ eorū
officium eſt vt oratōibꝫ irā
dei a populo auertāt ſic cum
poſt adorationē vituli deus
vellet populū deſtruere moy
ſes eoꝝ prelatus ꝓ eis fer/
uenter orās veniam meruit
a dño impetrare. Exo.xxxij.
Per orōnē moyſi abſorpt⁹
ē ignis qui deuorabat caſtra
murmurātiū ꝑ labore Nūe.
xj. Maria ꝓpter peccatū ſuū
eſt facta leproſa ſed moyſes
frater ⁊ prelatus eius ꝓ ea
orauit ad dominum ⁊ reſtitu
ta eſt priſtine ſanitati. Nūeri
duodecimo capitulo. Pro
afflicto populo ab ignitis
ſerpentibus orauit moyſes